

in terram, sed recta in Cœlum me prolapsurum. Nimia enim declivitate species visibiles, extenuatæ & hebetatæ fuerunt. Dum vero altiorem montem peterem, quasi intra nebulas densissimas hærebam. His eluctatis, post aliquot horarum intervallum cum jam non procul à summo vertice essem, de sub-

*Habuit su-
pra Nubes
prospectum.* *limi quiescens prospexi atque animad-
verti iis in locis ubi mihi antea videbar
intra nebulas hæsisse, compactas atque
albas sese movere nubes, supra quas per
aliquot milliaria, & ultra terminos Se-
pusi commodus mihi prospectus patuit.*

*Nubes ina-
qualiter di-
stant à Ter-
ra.* *Alias tamen etiam nubes altiores, alias
item humiliores, nec non quas danæqua-
liter à terra distantes vidi. Atque hinc
tria intellexi, 1. Me tum transvisse
principium mediæ aëris regionis, 2. Di-
stantiam nubium à Terra, non esse æqua-
lem, sed pro ratione vaporis, alicubi al-
tiorem, alibi humiliorem, 3. Distantiam
nubium, terris proximam, longè mino-
rem esse, quam quidam Physici statuunt,
& quidem non 72 mill. Germanica, sed
tantum dimidiatum mill. Germanicum.*

*In Montis
Vertice nul-
lus Ventus.* *In summum Montis verticem cum per-
venisset, adeò tranquillum & subtilem
aërem, ibi offendit, ut ne pili quidem mo-
tum sentiret, cum tamen in depressiori-
bus montibus ventum vehementer ex-
pertus sim: Unde collegi, summum ca-
cumen istius Montis Carpathici ad mil-*

*liare Germanicum à radicibus suis imis
exsurgere, & ad supremam usque aëris
regionem, ad quam venti non adscen-
dunt, pertingere.*

*Explosi in ea summitate Sclopetum, Explosit
quod non majorem sonitum primo præ se Sclopetum,
tulit, quam si tigillum vel bacillum con-
fregisset, post intervallum autem tempo-
ris, murmur prolixum invaluit, inferio-
resque Montis partes, convallis & syl-
vas opplevit.*

*Descendendo per nives annosas intra
convallis, cum iterum Sclopetum exo-
nerarem, major & horribilior fragor,
quam ex tormento capacissimo inde exo-
riebatur: hinc verebar ne totus Mons
concuus mecum corrueret: duravitque
hic sonus per semiquadrantem horæ, us-
que dum abstrusissimas cavernas pene-
trasset, ad quas aër undique multiplicata
resiliit. Et talia quidem objecta con-
cava in summitate sese non illico offe-
rebat, idcirco ferè insensibiliter pri-
mus sonus repercutiebatur, donec de-
scendendo antris & convallis vici-
nior factus, ad eas fortius impegit. In
his quoque celsis Montibus, plerumque
vel media æstate ningit grandinative,
quoties nempè in subjecta & vicina pla-
nitie pluit, uti hoc ipsum etiam exper-
tus sum. Nives diversorum annorum
ex colore & cortice duriore dignosci
possunt.*

C A P U T . I X .

De Divisione Aëris in Regiones.

*A*ream Sphæram posse dividi in Regiones, conditionaliter concedimus; Præterquam enim, quod aër sese certo in pondere, circa Tellurem contineat, inferiorque à superiore magis semper pressus ac per consequens gravior, quanto au- tem altior, eò levior & magis magis que dilatatus ibi existat; in Regiones nihilominus, Primam scil. seu infi- mam; Secundam vel medium, & Terti- am vel supremam dividi potest.

*Aër dividi
potest in tres
Regiones.* *Harum Prima iterum dividatur in
tres diversos Gradus: Primus sit is, in
quo nimirum, seu quoisque Radii
Stellarum propter tam Terrestres (si-
cūt fumus est) quam Aquosas humi-*

ditates, ut & vapores ac exhalationes sensibiliter refringuntur, atque com- muniter Telluris Atmosphæra voca- tur, Cujus altitudo 4 Millaria ger- man. non excedit. Secundus Gradus hujus Primæ Regionis, fit ille, quousque scil. aër, Radiorum Solis capax est, in quo Crepuscula percipiuntur, & humiditates quidem multò rariores sunt, tamen ita, ut nihilominus Solis Lumen sensibiliter accipient; Cujus altitudo 24 milliarum Germanico- rum censetur, sicut de his in cap. ance- denti. Tertius, infimæ hujus Regio- nis, gradus, tametsi in eo aquo- sae humiditates rarissimæ sint, ta- men à Solis radiis aliquid albedinis seu

*Infima aë-
ris Regio
habet tres
gradus.*